Reprehenſio virginis conſortiū matris ſue deuitantis lxii
Rephenſio & inſtructio virginis lapſe. lxiii.
De cuſtodia vidualis caſtitatis lxiiij
Iterum de eodem lxv
De bono vſu diuitiaꝝ exemplo nebridij. lxvi
De inſtitutōne vidue lxvii
Iterum de eodem lxviii
De morte amici & inſtitutōne monachi lxix
De laude ſancte marcelle vidue lxx.
De ꝯſolatōne fideliū ſup morte amicoꝝ lxxi
Iterum de eodem lxxii
De vita neopaciani militis lxxiii
De laude vͥginitatis ī ꝯpatōe nuptiaꝝ lxxiiii.
De fugienda amore mulierum & peruerſitate iouiniani lxxv
Q̄ p abſtinentiā carnis libido frenāda ſit. lxxvi
Aſſertio ꝑpetue virginitatis beate marie. lxxvii
Subſannatio vigilantij lxxviii
De bonis pauperib⁹ ſuſtentandis & tumultib⁹ fugiendis lxxix
Inuectio hieronimi contra emulos & detractores ſuos lxxx
Iterum de eodem lxxxi
Adhuc de eodem lxxxii
De ſtudio ſanctaꝝ ſcripturaꝝ lxxxiii
De impfecta hui⁹ vite impfectōe lxxxiiii.
De impfecta penitentia lxxxv
De laude ſanctaꝝ mulieꝝ bleſille & aſelle. lxxxvi
De amore ſcripture & fuga ſeculi lxxxvii.
De ſignificatōe muneꝝ cuſtochij et mārcelle lxxxviii
De ſancto firmino ambianenſi epō lxxxix
De ſanctis eiuſdem vrbis epiſcopis honorato & ſaluio xc.
De inuentōne & tranſlatōne corporis ſancti firmini xci
De q̄buſdā geſtis pape damaſi & hieronimi. xcii.
De actib⁹ monachi captiui xciii.
De obitu ſancti baſilij & fide āphilogij xciiii
De pſecutōne iuſtine imperatricis arriane in ambroſium xcv.
De ſinodo conſtantinopolitana & precilliano heresiarcha xcvi.
De quibuſdā miraculis ſancti ambroſij xcii.


·I· De cōtemporalitate ·ix· regnorū & primo de regno romanoꝝ. Actor.

Ab anno primo gratiani· qui fuit ab incarnatione dn̄i ·ccc·lxxxi· incipit ſigibertus regnoꝝ ꝯtemporalitatē deſcribere· in prima linea ponens regnuꝫ romanoꝝ· in ſcd̄a pſarū in tercia francoꝝ· in q̄rta angloꝝ· in quīta wandaloꝝ· in ſexta lōgobardoꝝ· in ſeptima wiſigothoꝝ in octaua oſtrogothoꝝ· in nona hunoruꝫ· Primo quoq̃ eoꝝ oīm originē deſcribit· & nos etiā eoꝝ originē hic breuit̄ exequemur· Singuloꝝ quoq̃ lineas a principio vſq̃ ad finē· ſigillatim & ſuccincte pſtringentes ·excepto tantū regno romanoꝝ cui⁹ originē & lineam iā ſuperius integre poſuimus· de quo regno hoc ſolū hic tangit ſigibertus qd̄ iuxta danielis interp̄tationē· de quarto regno ſicut ferrū ꝯminuit & domat & cōterit oīa· ſic ab origine ſui tutuderit domuerit & ꝯtriuerit pene omnia mūdi regna· Nouiſſimo vero tpe & regnū illud qd̄ in tibijs ſuis ferreis diutiſſime & firmiſſime ſine aliqua laſſitudine ſteterat· tandem ferro ſue fortitudinis ꝯmixto cū teſta humane imbecillitatis ex alto dn̄ationis ſue gradu cū fragore terribili labare cepit· hoc regnuꝫ primi pſe impulerūt· qui ſemp cū romano pene ex equo ſe habuerunt· modo vero vacillante reipublice ſtatu· eos vltro impetere nō timuerūt· & inſup eos ſuis finibus mutulare potuerūt· quādo iuliano apoſtata ceſo· & exercitu miſerabiliter ſubiugato· nimis fortunati ſūt facti ex eoꝝ infortunio· Ita regnum illud qd̄ tanto tpe omnes pene mūdi gentes ·p̄de & dn̄ationi habuit· modo dei omnipotētia miſcēte ei duplū in poculo quo ceteris miſcuit· cūctis pene gentib⁹ p̄de & ludibrio patuit· & qui olim cū alijs gentib⁹ ꝓ ſola gloria certabāt· modo ſaluti ſue vix ſatis ꝯſulere poterāt. nā quecūq̃ gētes aut minuēde domo multitudinis cauſa· aut amore exercende ſue feritatis a patria ſua exulabant· romanū imperium laceſſabāt· & de eius latiſſimo corpore velut ptes quaſdā ſibi excidebāt & in eis ſibi regnādi locum ſtatuebāt· ·II· De regno pſarum· Item ſigibertus

Porro regni pſarum originē altius repetē modo nō videt̄ vtile ·q̄r que hui⁹ regni fuerit antiquitas· quāta & q̄ potēs hui⁹ antiquitatis nobilitas· ſatis recolet lector p antiquoꝝ hiſtorias· Hoc tantū notabo ·q̄r ſepe victoria abuſi de romanis· Nūc aūt recēt̄ ceſo iuliano· & exercitu romanoꝝ ꝓfugato & finibus ſuis romano imperio mutilato· & ſic ꝓ ſuo libitu pacis federe in ·xxix· ānos ꝯpoſito felicitateꝫ ſuā nō temperanter ferebāt· & ſapore rege eoruꝫ inſolentius agente chriſtianis & romanis omnimodis infeſti erant· Hic ſapor qui diu iam ante imperat ab anno p̄mo graciani imperauit ānis: xxviii poſt hūc ſidigerdis xxxiiij· Gauraranes filius eius xxxviii: Poſt hūc cluades ānis xlj Rabades xvj· Coſdroe xxxvii· hormiſda xvii Hunc fili⁹ eius coſdroe occidit & regnauit xxxviii ānis hūc quoq̃ fili⁹ ei⁹ ſiroiſ ꝑemit & āno ·i· regnauit· Poſt hūc hormiſda āno i· Tūc ſaraceni qui acten⁹ fuerūt ſub pſaꝝ regno eos bello victos verſa uice ſub ſuo redegerūt dominio· ſcꝫ āno heraclij xx ſcd̄m cronica ex tūc ergo ꝓ regno pſaꝝ titulat̄ regnū ſaracenoꝝ· quoꝝ ammiras ſcꝫ muhāmad mortuo ebubeker principat⁹ eſt ānis iii Poſt quē haumar xii Quē pſa quidaꝫ ſe velle adorare ſimulās infixo in vētre ei⁹ gladio ꝑemit eū ·Cui ſubſtitutus hocmen principat⁹ eſt ānis x· hoc quoq̃ ꝑempto muhaias ex amireo amiras factus principat̄ ānis ·xxv· Poſt quē gizith filius ei⁹ ānis iii Marhuan ·i· abdala hadimelech xxii Vlid vii zuleunē iii haumar· ii gizid iii huic iude⁹ quidā maleficus ꝓmittēs eū xl ānis principaturū ſuaſit ut in toto regno ſuo dei ſanctorūq̃ ymagines deponi edicēt· Qui ſpe diu regnādi ſeduct⁹ edictū q̄deꝫ ꝓponit· ipe tamē mox obijt Poſt quē eluelid p̄cipat̄ ſaracenis ānis xx gizid ·j· Murahā vj Quo ꝑempto muhamad v habdallas xix madi ix moyſes ii Aaron frat̄ ei⁹ xiii muhamad v· Qui fratre ſuo haballe ꝯgreſſus & ab eo ſupatus eū ſibi conregnare inuitus paſſus eſt· & hoc bello regnum ſaracenorū per aliquot annos diſciſſum eſt ibiq̃ deficit ei⁹ hiſtoria ſcꝫ ſub āno dn̄i dcccxxi p⁹ ānos dc xvi III De origine regni frācoꝝ

Originem aūt regni francoꝝ hanc eſſe nouerimus ex relatu fideli maioꝝ· Poſt illā

famoſū & cūctis ſeculis et gentibꝰ notū. troiane
ciuitatis excidiū. victoribꝰ grecis cedentes reliq̄
troianoꝝ. ps eoꝝ cū enea ad fundandū romanum
imperiū. ad ytaliā ꝑrexit ps vna ſcȝ. xij. milia du-
ce antenore. in finitimas pānonie ptes. ſecꝰ meo
tidas paludes ꝑuenit. ibiq̄ȝ ciuitatē edificauerūt
quā ob ſui memoriā ſicambriā vocauerūt. in qua
multis ānis habitauerūt. et in magnā gentē coalue
rūt. & crebris incurſibꝰ romanū ſolū inceſſentes
vſq̄ȝ ad gallias ferocitatis ſue veſtigia dilatauerūt.
hos adeo romanis infeſtos cōſtans ceſar filiꝰ ma
gni ꝯſtantini bello oppreſſit. & tandē romano im
perio ſubiectos aliquātulū a ſua ferocitate man-
ſuefieri coegit. Poſt aliquot annos rebellantibus
alanis ꝯtra valentinianū imperatorē. cū eos nō poſ
ſet imperator debellare penitus. eo ꝙ eos intran
ſibiles meotide paludes tutarent̄. ꝓpoſuit valenti
nianus ꝙ ſi qua gens has paludes intrare. & re-
belles alanos poſſet ꝯterere. x. ānis eos a tributis
liberos redderet. hac pactōe troiani illecti. & for
titudine & prudentia confiſi. duce priamo meoti
das paludes romanis inuias ingreſſi. alanoꝝ gen
tem exterminauerūt. & ita valentiniano ſatiſfece
runt. valentinianꝰ eoꝝ virtute delectat̄. eos qui
prius vocati erāt troiani. deīde āthenoride. Poſt
etiā ſicābros francos accita lingua appellauit. qd
in latina lingua interp̄tat̄ feroces. Alij dicūt fran
cos denoīatos a quodā eoꝝ rege francone. Sȝ vn-
decūq̄ȝ denoīati ſunt quantuȝ altius colligere po
tuerūt hiſtoriographi. p̄amus ille regnabat ſuper
eos tpe valentiniani. nō vtiq̄ȝ priamꝰ ille magnus
rex troye. ſed aliꝰ qui ab hectore illiꝰ filio. ꝑ fran
conē filiū hectoris. in cronica frācoꝝ legit̄ deſcē
diſſe. De his aūt pleniꝰ require ſuperius.

·IIII· ¶ De cathologo regū in frācis.

Primo igit̄ anno gratiani & valentiniani
imperatoꝝ. qui fuit ab incarnatione dn̄i.
ccc. lxxxi. Primꝰ regnauit ſuꝑ frācos p̄a
mus ānis. v. Scd̄us filiꝰ eius marcomirus annis
xxxiij. Tercius pharamūdus. xi. Quartꝰ clodius
filiꝰ eius rex crinitus. xviii. Quītus merouenus
x. Sextus hildericꝰ ānis. xxvi. Septimꝰ clodoneꝰ
xxx. hic a ſancto remigio baptizat̄. Octauꝰ lotha
rius. l. Nonꝰ chilpicus. xxiii. Decimus lotharius
xliiij. Vndecimꝰ dagobertus. xiiii. Duodecimus
clodoneꝰ. xvii. Tredecimꝰ lothariꝰ. iiii. Decimꝰ
q̄rtus theodricus frater eius in regnū ſublimatur
ſed a francis repudiatus tonſorat̄. & pariſius in
cenobio ſancti dyoniſij relegat̄ & regnauit. De-
cimuſquītus hildericus frater eius ānis. xii. Deci
muſſextus theodricus in regnuȝ reſtitutus annis
xiiii. Decimuſſeptimus clodoneus. iiii. Decimuſ-
octauꝰ hildebertꝰ. xviii. Decimuſnonꝰ clodoneꝰ
iiii. Viceſimus lothariꝰ. ii. Viceſimuſprimus chil
ꝑicus. v. Viceſimuſſecūdus theodricus. xv. Vice
ſimuſterciꝰ hildricus. ix. hic in monachū tonſorat̄
Pipinꝰ aūt princeps autoritate apoſtolica & frā
coꝝ electōe in regē vngit̄. & ꝯſecrat̄ a ſancto bo
nefacio magūcie epō. a ſtephano quoq̄ȝ papa. cius
generatio ꝑ filios ſuos karlomannū & karoluȝ in
hereditateȝ regalis ſucceſſionis benedicit̄. & oīs
alienigena ab eius inuaſione apoſtolico anathema
te interdicit̄. hic ergo. xxiiii. regnauit ānis. xviii.
Viceſimuſquītus karolus filiꝰ eiꝰ q̄ dicit̄ magnꝰ
ānis. xliiii. quoꝝ. xxxiii. tātuȝ ſuꝑ frācos ꝯpetito re
gno cū karlomāno fratre ſuo. Deinde romani ab
imperatore cōſtantinopolitano deſciſcētes. karo
lo regi imꝑatorias laudes acclamāt. eūq̄ȝ ꝑ manū
leonis pape coronant. & auguſtuȝ appellant. &
ex tūc imꝑauit romanis ſimul & frācis ānis. xiii.
Deinde ludowicus filiꝰ eiꝰ. xxvii. Deinde lotha
rius filiꝰ ludowici vſurpat ſibi imperium. ſed fra
tribꝰ eius hoc grauit̄ accipientibꝰ. & cōtra eū in
ſurgentibꝰ. iiii. āno imperij eiꝰ ꝯuenerūt. & paci
ficati ſūt diuiſo imperio. regnauitq̄ȝ ludowicus ī
ḡmania. karolꝰ ī frācia ānis xxiiii. & is fuit. xxviii.
Viceſimuſnonꝰ ludowicus balbus. ii. Triceſimus
ludowicus & karlomānus fratres. v. Triceſimuſ
primꝰ karolus imperator a francis in auxiliū ſibi
cōtra incurſū normannoꝝ inuitatus regnauit in
frācia ānis. v. Triceſimuſſecūdꝰ odo filiꝰ roberti
ducis. ix. Triceſimuſterciꝰ karoꝰ filius ludowici
balbi. xvii. qui exul & martir mortuꝰ eſt. Triceſi
muſq̄rtus Rodulphꝰ ānis. ii. Triceſimuſquītus
ludowicus. xxvii. Triceſimꝰſextus lothariꝰ. xxxi.
Triceſimuſſeptimꝰ ludowicus filiꝰ eiꝰ āno. i. quo
mortuo frācis regnū trāſferre volentibꝰ. ad karo
lum ducē fratrē lotharij regis. dū ille rē ad ꝯſiliū
differt. regnū vſurpat hugo. qui dictꝰ eſt caper
mareſcallus frācie. filius hugonis magni ex hawi
de ſorore p̄mi othonis imꝑatoris. ſicq̄ȝ defecerūt
reges de ſtirpe karoli. āno dn̄i. dcccc. lxxxvii. Re
gnauit ergo. xxxviii. hugo caper ānis. ix. Triceſi-
muſnonꝰ robertus filiꝰ eiꝰ. xxxiiii. Poſt quē. xlꝰ.
henricus filiꝰ eius. xxx. Poſt quē. xliꝰ. philippus
filiꝰ eius. Poſt quē. xliiꝰ. ludowicus groſſus filiꝰ
eius. xxxviii. Huiꝰ filiꝰ philippus nuꝑ in regeȝ in
unctus adhuc puer. dū in ciuitate ꝑiſius equo ve
hebat̄ iuxta eccleſiā ſancti geruaſij. porcꝰ equi pe
dibus ſe forte ſubmittēs equū ſuꝑ ipm̄ p̄cipitem
dedit. & de eiꝰ ſubita ac miſerāda morte. francis
luctū induxit. Regnauitq̄ȝ. xliiiꝰ. ludowicus eiuſ
dem ludowici filiꝰ ānis. xl. Poſt hūc. xliiiiꝰ. filiꝰ
eiꝰ philippus. xliiii. Xlvꝰ. filiꝰ eiꝰ ludowicus. iii.
Xlviꝰ. filiꝰ eius ludowicus qui adhuc regnat.

·V· ¶ De bruto rege a quo britānia dicta ē.

Narrat antiquoꝝ britannoꝝ hiſtoria ꝙ aſ
canius enee troiani filiꝰ. de filio ſuo ſil
uio nepotē habuit noīe brutū. hic matrē
ſuā naſcendo. patrē uero in venando caſu interfe
cit. Cuiꝰ ꝑicidij cauſa tam eū exoſum parentibus
ſuis reddidit. ut de ytalia pulſus in greciā fugēt
vbi exul cū eſſet tāta cepit ꝓbitate pollere. ut cō
fluentibꝰ ad eū troianis. qui ibi captiui habeban
tur. ducatū eoꝝ ſortiret̄. Quoꝝ fretus multitu-
dine & animatus ꝯſilio. petijt a pandraſo rege gre
coꝝ libertatē eūdi ad alias nationes. Rex aūt ira
ꝑmotus bello eos ꝯterere voluit. ſed nequaꝙ̄ po-
tuit. Nam victoria bruto adeo ꝓſpera ꝓuenit.
ut plurimos de exercitu regis ꝑimeret. ipm̄q̄ȝ ex
improuiſo caperet. Regi aūt mortē minatus. niſi
rogatis ānueret. exegit aūt ab eo filiā ſuam in ꝯiu
giū auri & argenti copiā multā. naues frumentū
ceteraq̄ȝ marino itineri neceſſaria. Queſitis igit̄
ex regis imperio plus ꝙ̄ trecentis nauibꝰ & omni
genere farris oneratis. troianis auro & argento
plurimo ditatis. brutus filiā regis accepit. et ſalu
tato rege equoreū iter aggreſſus eſt. Trāſierunt
aūt affricam & mauritaniā. veneruntq̄ȝ ad litora
tirreni maris. vbi q̄ttuor generatōnes gentis ſue
exules inuenerūt cū duce eoꝝ corineo. Quibꝰ ſe-
cum aſſūptis. direxerūt iter ad fines aquitanie.
ibi cis exortū eſt cū gallis grauiſſimū ꝑliū. quibꝰ
eo tpe. x. reges p̄ſidebāt. in quo ꝯgreſſu apparuit

miranda fortitudo corinei ducis· qui tam valide
ꝑcuſſit ꝯſulem vnū in ſūmo capite·ut eū diſſeca=
ret in duas ptes toto corpore diuiſo· Nepos aūt
bruti turnus· & ipē fortiſſimꝰ miles qui ſolo gla
dio ſuo·dc· viros ibi pemit·hoſtiū gladijs occiſꝰ
eſt·deditqꝫ nomen turoni ciuitati·qꝛ in loco illo
ſepultus fuit·Finito illo certamine· vbi ex utraqꝫ
pte multi ſūt interfecti·brutus cuꝫ ſuis ad naues
redijt·ceptūqꝫ iter aggreſſus·tandē ad inſulā de
ſtinatā puenit·Erat aūt nomen illꝰ inſule albion
& a ſolis gigātibꝰ inhabitabaṫ·cū quibꝰ cer amē
ꝑſepe habuerūt·brutꝰ vero de ſuo nomine inſulā
appellauit britāniā·hoīeſqꝫ ſuos britones uel bri=
tānos·Dux aūt corineus terrā q̄ ſorti ſue ceſſerat
corineā vocauit·que modo cornubia·vel a cornu
britānie·vel p corruptionē p̄dicti noīs appellaṫ·

·VI· ¶ De ſucceſſoribꝰ bruti & qualiṫ saxones angliam obtinuerūt·

Porro ex actis ·xxiiii·ānis exquo inſulam
ingreſſi ſunt· mortuꝰ eſt brutus relictis
tribꝰ filijs regni ſui heredibꝰ· Qui ſepul
to patre diſtribuerūt inter ſe regnū patris ſingu
li ptem ſuā de noīe ꝓprio appellantes·Primus cui
nomen erat lotrinus·mediā ptem inſule poſſedit·
q̄ poſtmodū leogna eſt appellata ·Scd̄s qui cāber
dicebaṫ·accepit ptem illaꝫ que cambria dicta eſt
& modo gualia vocaṫ·Terciꝰ cui nomen albana=
ctus·poſſedit terrā q̄ nūc ſcotia diciṫ· eiqꝫ nomē
indidit de noīe ſuo albaniā·Regnauit aūt lotrinꝰ
x·ānis & mortuus eſt·Et ita uſqꝫ ad iuliū ceſarē
britāni libera dignitate regnauerūt· ſub cuiꝰ īpe
rio romanis tributarij facti ſūt·Porro tpe marci
anthonij veri inſtātia lucij britāniaꝝ regis·p lega
tos eleutherij pape· miſteria xp̄ianitatis ſuſcepe
rūt·in qua aliqui eoꝝ ubiqꝫ ad martirij coronā ꝓ=
uecti ſūt·Orta eñ ꝑſecutōe ſub dyocleciano ce=
ſare·licet fides in pluribꝰ defecerit. in alijs tamē
frangi nec morte potuit·Sed poſtꝙ maximꝰ tyrā
nus inſulā britānie militū p̄ſidio euacuauit· & ir
ruerūt picti·ceterēqꝫ barbare nationes cū eis·po
pulūqꝫ imbellem & terrā totā·cede & p̄da vaſta=
re ceperūt·Acceſſit huic malo & aliud·ꝙ rex ver
tigirnꝰ ad tutamen ſui hoſtiūqꝫ expugnationē·in
uitauit gentē ſaxonū adhuc paganoꝝ·Nā cū ali=
quā diu ſtrēnue ac fortiter eos tutati fuiſſent·do
minādi cupiditate illecti·dignitates ciuiū a rege
petierūt·ut & nō iaꝫ opē ferre ciuibꝰ ſed potius
tyrānidem exercere in eos liberiꝰ poſſent· Qd̄ bri
tānij p̄cauentes expulerūt eos·ſed illi repulſi mlˀ
tiplicius redierūt·pacēqꝫ ſimulātes pene vniuer
ſos principes eoꝝ fraudulenṫ occiderūt·p̄ualētes
igiṫ ad tpus·ciuitates & caſtella occupauerunt·
donec ſurgeret rex aureliꝰ ambroſiꝰ· qui eoꝝ du
ceꝫ interfecit·ciuitates eis abſtulit·& reliquias eoꝝ
effugauit·Poſt quē ſurrexit vterpendragon aure
lij frater·qui genuit artuꝝ regē inuictū atqꝫ ma
gnificū·Poſt hos ſex reges de gente eoꝝ regnaue
rūt·& tūc p̄ualentibꝰ anglis auxilio affricanorū
aliaꝝqꝫ gentiū·britones monarchiā inſule & dya
dema regni amiſerunt·& alij quidē in minorē bri
tāniaꝫ·vbi eoꝝ & genꝰ & nomen pmanet· alij v̄o
in gualiā tranſfugerūt·denuo cū redirent regnū
obtinuerūt·Sed nō multo poſt vrgente eos diui
na vltione·p famem & mortalitatē·inſulaꝫ alieni=
genis gētibꝰ inuadendā reliquerūt· & ab illo tpe
ſaxones·i·angli angliā de nomine eoꝝ nūcupataꝫ
ſub dominio ſuo tenuerūt·

·VII· ¶ De cathologo regni britānie·

Primo igiṫ āno gratiani·& deinceps·re=
gnauit apud britānos maximus annis·
xxxiii·Ex tunc britānorum vires nimijs
hoſtiū irruptionibꝰ attenuati ſūt ·& qꝛ a romaīs
vndiqꝫ bello laborantibꝰ nichil ſubſidij habē po
terant·ſubtrahūt ſe ab eoꝝ dn̄atione· Inito autē
ꝯſilio direxerūt londonienſem archiepm ad regeꝫ
minoris britānie aldroenum ut eis ſuccurrēt· At
ille tradidit eis fratrē ſuū cōſtantinū· cū armata
militū manu· Sicqꝫ cōſtantinꝰ erectꝰ eſt in regē
regnauitqꝫ x·ānis·habuit aūt tres filios cōſtan=
tem q̄ monachꝰ factꝰ eſt·aureliū ambroſiū & vē
pendragon·Itaqꝫ poſt alios·xxiii·annos ponūt q̄
dam anglos veniſſe in britāniam. ſcꝫ āno· dcccc·
xlvii·& ambroſiū aurelium hinc regnare cepiſſe·
Sed veriꝰ videṫ eos multo ante veniſſe ꝙ regna
ret·Deniqꝫ poſt ānos·xlv·ab āno p̄notato ponūt
initiū regni angloꝝ·Nā in hac re multū diſſonant
hiſtorie·Itaqꝫ britāni non valentes ampliꝰ ferre
virtutē angloꝝ·ut victi ꝯceſſere in ius & nomen
eoꝝ·& primꝰ de gente angloꝝ cili & ſcd̄us celim
alter alteri mortuo ſuccedēdo regnauerūt apud
eos p ānos·lxx·Poſt hos tercius regnauit edilber
tus ānis·lv· Poſt hūc caldbaldꝰ filiꝰ eius ·xxiiii·
cuiꝰ filiꝰ caruſbertꝰ āno dn̄i·dcxl· regnauit ānis
xxv·hic in anglia p̄mꝰ ydola deſtruxit·& fidē xp̄i
dilatauit·poſt hūc filiꝰ eius·egbertus ānis ·viii·
Poſt hūc frater eiꝰ lother ·xii·edrith·ij· Quo mor
tuo externi gentiū reges regnū anglie diſcindūt
ānis·iiij·Poſt wyerec filiꝰ egberti anglos ab illoꝝ
oppreſſione liberat·& ſup eos regnat ānis ·xxxvi
poſt hūc filiꝰ eiꝰ edilbertus ānis· viii· ſcꝫ vſqꝫ ad
annū dn̄i·dcc·xxxv·Ab hinc aūt regnū angloruꝫ
ānotare ſupſedeo· qꝛ maioꝝ hiſtorias q̄s ſequar
nō habeo·

·VIII· ¶ De origine regni wandaloꝝ·

Wandali quoqꝫ de ſichia
oriūdi·a gothis victi alienas terras in=
uadere ceperūt·q̄ ſuas ꝛtinere nō potue
rūt·hos circa danubiū ꝯmorātes rurſuꝫ·poſt mul
tū tpus giberich gothoꝝ rex bello victos inde ex
turbauit·& ad hoc perpulit ut quas quoquo mō
habere videbanṫ relictis ſedibꝰ romano imperio
ſe ſubderēt·a ꝯſtantino magno locū habitādi ſibi
dari ſuppliciṫ peterēt·Qd̄ & impetrauerūt & pā
nonias ab eo ſibi delegatas·p·lx· ānos pacifice in
habitauerūt·Vnde anno archadij·xiii· & honorij
euocati·inſtinctu ſtiliconis rebellionē ꝯtra rēpu
blicam meditantis·infuderūt ſe p gallias iūctis
ſecū alanis·eaſqꝫ aliꝙdiu miſerrime dilacerauerṫ
Et inde eos expellebāt gothi nō quidē ꝓſpicientes
galliaruꝫ quieti·ſed vacue facientes patriam ſue ra
pacitati·wādali hiſpanias aggreſſi·nūc hiſpanias
nūc gallias multo tēpore depopulati ſūt· Sꝫ nec
ibi a gothis tuti eſſe potuerunt· ꝙppe qꝛ gothi ni
mis ytaliā inquietabāt·Honoriꝰ deliberato cum
ſuis ꝯſilio·hiſpanias & gallias quas ſibi a wanda
lis & alijs gentibꝰ p̄reptas dolebat· gothis rata
ꝯfirmatione donauit·Cū ergo gothi a finibꝰ ſibi
deputatis wādalos alioſqꝫ hoſtes effugare matu
rarēt & wandali vndiqꝫ concluſi·timore gothoꝝ
eſtuarent· populi peccatis facientibꝰ·inopina &
grata occurrit eis felicitatis oportunitas·Naꝫ cū
bonefaciū & ecbiū romanos duces·per inuidiam
orta ſimultate·bonefaciꝰ factꝰ inferior·cuꝫ dolo
reꝫ ſue iniurie nollet vlciſci niſi damno & pericu
lo reipublice ad hiſpanias tranſiuit & wandalos

ad occupandam libiam & affricaꝫ inuitauit Quo
cū ꝑuolaſſent ·ibi regnū ſuū multo tꝑe ꝯfirmaue-
rūt & diuina & humana ſine aliquo reſpectu hu
manitatis uel diuinitatis perturbauerunt·

·IX· ¶ De cathologo regū wandaloꝝ·

PRimo igitꝛ āno gratiani & deīcepſ regna
uit ſuꝑ eos modigiſilus ānis ·xxx· Poſt
hūc filiꝰ eius gūderiꝰ in hiſpanijs ānis
xvi ·hic capta hiſpali cū impie elatus ·manꝰ in ec-
cleſiā ipiꝰ ciuitatis extendiſſet ·mox dei iudicio a
demone correptus interijt· Cui gēſericus frater
in regno ſuccedēs ·regnauit ānis ·xlvm ·hic ut fer
tur de fide catholica in arrianā ſectā apoſtatauit·
hic ſucceſſione regnādi inter filios ſuos ordinata
ut fratri morienti frater ſuꝑſtes · ſine ꝯtrouerſia
filioꝝ ſuccederet moritꝛ· Cui ſuccedēs honoricus
filiꝰ eiꝰ regnauit ānis ·vm · Hic in eccleſiā dei gra
uiter efferatus ·tandē iudicio dei ꝑcuſſus ·ſcatenſ
vermibꝰ miſerabilitꝛ expirauit· Poſt quē guncha
mūdus ·ix ·ānis regnauit· Poſt quē traſamūdus
frater eiꝰ ·xxvi · Hic hildericū filiū ſuū ex eudoxia
filia valentiniani imꝑatoris a genſerico captiuata
aſtrīgit ſacramēto ·ne catholicis ī regno ſuo ꝯſu
leret· Qui patre mortuo anteqꝫ regnū ſuſciperet·
omnes catholicos ab exilijs iuſſit reuocari · & epi
ſcopis eccleſias reformari · ſicqꝫ ſuſcepto regno
regnauit ānis ·vm ·euolutis ·lxxim ·annis· exquo
genſericꝰ auus eiꝰ ſtatū eiꝰ in affrica ꝓphanauit·
hūc gilemer perimēs ānis ·v · poſt eū regnauit·
Qui tāte crudelitatis fuit ut nec parētibꝰ ꝑceret
Tandē beliſariꝰ patriciꝰ a iuſtiniano imꝑatore ex
iuſſu dei ad affricā liberandā de manu wādalorum
miſſus ·noctu cū plauſtris ruſticoꝝ vrbē intro e-
untibꝰ ingreſſus carthaginē cepit ·pecunias infi-
nitas recepit ·gilimerē ex fuga ad deditionē redu
ctū imꝑatori cōſtantinopolim duxit · Sic wādalo
rum regnū deſtructū eſt · Sic tandē illa wādalica
rabies cū ipo nomine funditus extincta eſt·

·X· ¶ De regno winiloꝝ ſiue lōgobardoꝝ

WIniloꝝ qui poſtea patria lingua lōgobar
di a longis barbis vocati ſūt· certā quidē
originē legimꝰ ·ſed certū originis eorum
tꝑus nō inuenimꝰ · Nā reges regnaſſe ſuꝑ eos le-
gimus ·quoꝝ etiā noīa didicimus ·ſed ānos regni
eoꝝ ꝑ tēpora diſtinctos nō inuenimꝰ · Hi in ſcan-
diuania ſcithie inſula degētes ·cū ita multiplicati
eſſent ut eos terra ſua capere non poſſet · egreſſio
ne tercie ꝑtis minuere multitudineꝫ ꝯſiliū habue
rūt · & qui nā exire deberēt miſſa ſorte queſierunt
Ergo tercia ꝑs winiloꝝ ꝓut eos miſſa ſors elege-
rat · ducibus agion & ybor · de ſcandiuania inſula
egreſſi · de loco in locū ibāt incerti & vagabundi
& a multis bellis ſepe impetiti viriliter· qꝛ ꝓ anima
res erat illis · ſalutē & libertatē ſuā defendebant·
Porro agion & ibor mortuis · regnauit ꝓmꝰ ſuꝑ
eos agelmūdus ·xxxiii ·ānis· Qui dū ageret ſe iu
ſto ſecuriꝰ a bulgaribus cū multis ſuoꝝ eſt extin
ctus · lamiſſio regnauit ſecūdꝰ ſic dictꝰ · eo qꝫ a la
ma · id eſt · voragine fuit extractꝰ · lechu terciꝰ il-
deoch ·iiii · ꝛc̄ · ¶ Actor · Hoꝝ & ceteroꝝ q̄ ſequū
tur lineā & numeꝝ ānoꝝ regni · reqre infra li ·xx·
capitulo ·cxiii · ſcꝫ ſub tꝑibꝰ zenonis imꝑatoris · ex
illo enī loco incipit ſigibertus lineā eoꝝ ꝓſequi·

·XI· ¶ De origīe regni gothoꝝ · ¶ Sigibtus

AD gothoꝝ qui apud antiquos gethe di
cti ſūt · & poſtea diuiſi duo ex ſe regna ·
id eſt oſtrogothoꝝ & wiſigothorum fece
rūt · talē originē fuiſſe ꝯgnouimus ex hiſtorijs ior
danis · Iſti ſcādiuaniā ſcithie inſulā ꝓmo īcoluerūt
Cuiꝰ poſſeſſione nō ꝯtenti cū rege eoꝝ berich in
de exierunt · & vicinas ſcithie inſulas & terras ꝑa
grātes · vicinas gentes bellis laceſſebāt · & terrore
noīs ſui finitimas gētes ſibi ſubigebant · Poſt ſub
filemere quīto rege ſuo · ad ulteriora ſcithie ꝓgreſ
ſi · ad citeriores vſqꝫ ripas danubij · terras tracie
dacieqꝫ diu lōge lateqꝫ ſūt ꝑuagati · ibi ꝑ multa tē
pora · imo per multa ſecula in gentē magnā coalu
erūt · & multas gentes victorijs ſuis applicantes
nomen & fortitudinē ſuā amplificauerūt · viribꝰ
in gentē magnā coaluerūt · & multas gentes inge
nio callentes · philoſophie quoqꝫ ſtudijs eruditi ·
natiuā barbariā exuentes · humanitate & honeſta-
te alijs barbaricis gētibꝰ ꝓminebāt · Tēpore aūt
decij imperatoris trāſito danubio · cū guina rege
ſuo grauitꝛ incubabāt romano imꝑio · qui a decio
impetiti bello exercitu romano ꝓ trito ipm deciū
ꝑemerūt cuꝫ filio decio · hac felicitate elati & ſepe
poſtea ī ꝯgreſſu romanis ducibꝰ ſuꝑiores effecti
toti vrbi romano erāt terrori · Iſti adhuc trāſdanu
biū ꝯſtituti · tēpore valētis imperatoris · ceperunt
ciuili bello inter ſe collidi · ac alaritus dux vnius
ꝑtis cū ꝓualuiſſet frigiterno duci alterius ꝑtis fri
giternꝰ a valēte auxiliū petit · xpianuꝫ ſe fieri pro
mittit · valens auxiliū mittit · eoſqꝫ in ſectaꝫ arria
noꝝ arrianꝰ ipe induci fecit·

·XII· ¶ De diuiſione eoꝝ in duo regna · wiſigothoꝝ & oſtrogothoꝝ·

ANno ·xiii · valētis · huni q̄
etiā ipi in ſcithia potenter debachabātꝛ
atqꝫ ferociter nacti oportunitatē ex inte
ſtina gothoꝝ ſimultate fines eoꝝ ex improuiſo in
uadūt · eoſqꝫ bello initos aut ſibi ſubiugāt · aut ca
ptiuitate excruciāt · aut patria eliminant · Ita go
thi qui multas gētes ſubdiderāt ſuo ſeruitio · hu
noꝝ ſubdunē dominio & minis eorū potentiā ad
augent · dū omnes qui gothis ſeruiebāt · ꝑ gothoſ
hunoꝝ parent principatui taliter huni etiā omni
pene ſcithia ꝓncipatu & fortitudine cunctis ꝓmi
nebāt · Gothi initi parti ſe danubio trāſito ingeſſe
rūt finibꝰ romani imperij & a valente petierunt
terrā ad inhabitandū ſibi dari · Qua re impetrata
cū aliqꝫdiu ſe ꝯtinuiſſent · ab omni armoꝝ inſolen
tia · tandē romanoꝝ auaricia coacti · & rei familia
ris inopia in ipo imperij ſui ſinu gūia ꝯcitauerūt
ꝓlia · Quibꝰ valēs imꝑator occurrēs bello · victꝰ
ab eis · & igni crematus · iuſto dei iudicio reipubli
ce nimiā itulit incōmoditatē · hoſtibꝰ vero auxit ela
tionē · Hi ergo gothi q̄ romano imperio īcubabāt
wiſigothos · i · ſe occidentales gothos noīabāt · &
ꝑ multos ānos occidētales romanorū fines · vſqꝫ
ad ipas vlteriores hiſpanias infeſtabāt · vbi etiam
poſtmodū in regnuꝫ coaluerūt · Porro gothi q̄ in
patrio ſolo tranſdanubiū · ſub hunoꝝ dominio re
manere paſſi ſūt · regulos quidē ſue gentis habue
rūt & ſe oſtrogothos · i · orientales gothos appel
lauerūt · qui & ipi poſtea ꝑ theodoricū regē ſuū
a zenone imperatore · ytalie regnū dominio accep
tum · per multos annos tenuerāt · Ita gothi quaſi
duobꝰ capitis ſui cornibꝰ · orientē & occidentem
ventilantes acerrime · duo ex ſe regna creauere ·
ſcꝫ wiſigothoꝝ in hiſpania · & oſtrogothorum in
ytalia.

·XIII· ¶ De cathologo regni wiſigothorum·

IGitꝛ a ꝓmo anno gratiani
& deīceps regnauit ſuꝑ wiſigothos frig
gisternꝰ annis ·iii · Poſt hūc athanaritus

āno vno·qui ꝯfederatus theodoſio & ab eo ꝯſtan
tinopolim inuitatꝰ·mox·xv·die quo venerat ibi
obijt·Ex tūc igiẗ wiſigothi ſine rege ſub theodo
ſio imperatore fuerūt ānis·xiiij·Poſt hoc wiſigothi
rupto cū romanis federe alaricū ſup ſe regē cre-
ant·qui regnauit ānis·xv·Poſt hūc athanulphꝰ
iii·quo a ſuis perempto ſigericus āno vno·Eo itidē
a wiſigothis perempto·regnauit in icillia ānis·xii·
Poſt hūc theodericꝰ·xiiii·Poſt quē thuriſmodꝰ
filiꝰ eius·iii·Eo a fratribꝰ ſuis friderico & theo-
derico iugulatꝰ·theodericus fraẗ eiꝰ in regnuꝫ ei
ſuccedēs regnauit ānis·xiii·Sed & hic a fratribꝰ
ſuis iugulato heoꝛicus regnauit annis·xix·Poſt
hūc filius eiꝰ alaricus·xxi·Hūc tandē clodoneus
rex francie·ſignis diuini auxilij animatus in bello
ꝯgrediẗ·eoqꝫ perempto quicqd galliarū wiſigothi
poſſidebāt·ad ptes frācoꝝ trāſtulit·Amalliricus
aūt fugiens in hiſpaniā·xvi·ānis ibidē regnauit
Cūqꝫ clotildeꝫ vxorē ſuā indigne tractaret·eoqꝫ
arriane ſecte ſecum inſeruire vellet·a childeberto
fratre clotildis in hiſpania peremptus eſt·regna-
uitqꝫ theuda poſt eū ānis·xvii·Quo a ſuis perem-
pto thedegiſilus ānis·ij·Eo quoqꝫ inter diuiādū
a ſuis perempto agilam ānis·ix·Qui cū inſolenẗ in
ſuos ageret·athanagildꝰ auxiliantibꝰ ſibi romaīs
eo perempto regnauit ānis·xxii·Quo mortuo lewi
gildus cuꝫ fratre ſuo lenna·& poſt ſolus regnat
ānis·xlvi·Poſt hūc rechareduſ filiꝰ eius·xv·be-
thericus·vii·ſycebodꝰ·xxix·ſuitilara·ii·Quo ob
crudelitatē ſuā a wiſigothis reprobato·ſiſenādis
xx·chintilan·xvi·tholgan filiꝰ eiꝰ adhuc puer·iiii·
Quo ꝓpter puericie leuitatē reprobato & in cle-
ricū tonſorato·chintaſindꝰ·xvii·Poſt hūc filius
eiꝰ flauius cui ānotanẗ āni·xix·Tandem ſaraceni
ex affrica in hiſpaniā trāſfretant eāqꝫ ſibi vēdicāt
Ita regnū wiſigothoꝝ & ſueuoꝝ deſtructū eſt &
redactū ſub ſaracenis·ānis plus minus·ccc·xlvi·
euolutis·ex quo ex ſcithia expulſi ſūt ab hunis ex
quo v̇o cedentibꝰ wandalis·& deuictis ſueuis ce
perūt regnare in hiſpanijs ānis circiẗ·cc·lvi·euo-
lutis·Regnū vero tercie ptis hiſpaniaꝝ·qd̄ diciẗ
gallicienſiū qd̄ nec tūc wiſigothi·nec poſtea ſara-
ceni potuerūt ſubigere adhuc viget incolume &
deo ꝓtegente fide manet inexpugnabile·finitum
eſt aūt regnū p̄fatū āno dn̄i·dcc·xx·

·XIIII· De cathologo regū oſtrogothoꝝ·

POſt apud oſtrogothos regnauit wini-
tarius ab āno primo gratiani·& deinceps
ānis ſex·quē balamber rex hunoꝝ in bello
peremit·& poſt eum regnauit hunimūdus ānis·ii·
thoriſmud·ii·Poſt quem oſtrogothi ſine rege fue
rūt ānis·xl·poſt hoc walamer regnū ſuſcipiēs re-
gnauit ānis·xxxi·Quo in bello perempto·theude
mer frater eiꝰ ānis·xi·Theodericus huiꝰ filius ei
ſucceſſit·cui ānotanẗ āni·xix·Theodericus autē
odoathro rege ytalie quē i fide ſuſceperat perempto
ytalia potitus eſt·ibiqꝫ regnauit annis·xxxi·Hic
boeciū exilio fatigatū tandē peremit·Symacū quo
qꝫ patriciū excōſulē interfecit·Sꝫ & iohānes pa
pa ab eo in carcere cruciatus fame defecit·Poſt
dies aūt·xc·theodericus ſubito defūctꝰ·a quodā
ſancto heremita viſus eſt nudus & diſcalciatꝰ·a
iohāne papa & ſymacho patricio ī olla wlcani eſſe
detruſus·Athalaricus theoderici ex filia nepos·
in regno ytalie & oſtrogothoꝝ ſuccedens regnat
ānis·viii·poſt quē theodatus ab amalſyunda ma
tre athalarici aſcitus in regnū·regnat cuꝫ ea ānis
duobꝰ·poſt hāc ſolus·i·eldepadus·i·exariꝰ·i·tho
tila·x·theias·ii·in quo regnū finiẗ·

·XV· De ortu regni hunoꝝ·

DE regno hunoꝝ ꝙ in om̄i pene ſcithia te
nebat pn̄cipatuꝫ·ipa gētis barbaries me
ſilere faceret·niſi illd̄ famoſū galliarum
& ytalie excidiū me loqui cogeret·quando p atti
lam eoꝝ regē iudicium dei ſe lōge lateqꝫ effudit·
quē quaſi gladiū limatū & exacutū de vagina ſue
indignationis·ſup peccatrices gētes deꝰ diſtrixit
De eoꝝ ergo origine que in antiquoꝝū legunẗ hi
ſtorijs aperiā paucis·Silimer getharū rex gaderi
ci magni filiꝰ·poſt egreſſum ſcanchie inſule·iam
quīto loco tenens pn̄cipatum gethaꝝ·cuꝫ terras
ſcithie cuꝫ ſua gente introijt·repperit in ꝓplo ſuo
quaſdā magnas mulieres·q̄s gethico ſermone ali
rumnas dicūt·eaſqꝫ habens ſuſpectas·de medio
ſui pturbat·lōgeqꝫ ab exercitu ſuo fugatas·in ſo-
litudīe coegit errare·Quas ſilueſtres hoīes quos
nōnulli faunos ficarios vocāt·p deſtū vagantes
dū vidiſſent & eoꝝ ꝯplexibus ſe in coitū miſcuiſ
ſent·genꝰ hᵒ ferociſſimū ediderūt·Qd̄ fuit p̄mū
inter meothidas paludes in inutū tritū atqꝫ exile
q̄ſi hominū genꝰ·nec alia voce notū·niſi ꝙ huma-
ni ſmonis ymaginē aſſignabat·Et quos bello for
ſitan minime ſupabant·& vultꝰ ſui pauore nimiū
pauorē ingerētes terribilitate fugabāt·eo ꝙ erat
eis ſpecies pauende nigredinis·& velut quedam
ſi dici phas eſt deformis·ora nō facies habēs·qꝛ
magis pūcta ꝙ lumina·Quoꝝ animi fiduciā tor
uus ꝓdidit aſpectus·q etiaꝫ in pignora ſua p̄mo
die nata deſeuiūt·Nā maribus ferro genas ſecant
ut anteꝙ lactis nutrimenta pcipiāt·vulneris co
ganẗ ſubire tolerantiā·Hinc inberbes ſeneſcunt·
& ſine venuſtate effebi ſunt·qꝛ facies ferro ſulca
ta·tēpeſtiuā piloꝝ gratiā cicatrice abſumit·exigui
quidē forma ſed arguti motibꝰ expediti·& ad eq
tandū ꝓmptiſſimi ſcapulis latis·& ad arcus ſagit
taſqꝫ parati·ceruicibus firmi·& ſupbia ſemp ere
cti·Tali ergo ſtirpe ꝓcreati·huni cūctis vicinis
gentibꝰ erāt horrori & formidini·

·XVI· De victoria eoꝝ ex gothis & de regibꝰ eorum·

EOrum potentiā auxit
victoria de gothis manentibꝰ trāſ ripas
meothidis paludis·q in ſcithia pollebāt
gloria ſingularis potētie & fortitudinis·Quā vi
ctoriā hoc modo huni adepti ſunt·venatores hu
noꝝ ſequētes veſtigia cerue·meothidas paludes
trāſeuntes·q̄s impuias actenus eſſe putabāt·ſci-
thicā regionē diligenter explorāt·explorata om̄ia
huiꝰ nūciant·ad tranſeundū eos animant·Horuꝫ
ducatu paludibꝰ trāſitis velut quidā turbo·ſubi
to incubuerūt gentibꝰ ſcithicis·eaſqꝫ omnes ſub
iugauerunt ſibi ipoſqꝫ gothos ceteris impantes·
aut p̄minentes expulerūt ſedibꝰ ſuis·hoc felicita
tis ſucceſſu huni inter ceteras ſcithie gētes elati·
poſt victoriaꝫ de gothis p ānos fere·lxxx·labora
uerūt ad ꝯcuſſionē & ruinā mūdi·Ab hac eoꝝ vi
ctoria vſqꝫ ad morteꝫ attile·regnū eorum in hoc
ope ānotabimꝰ·A primo igiẗ āno gratiani regna
uerūt ſuper eos balamber & mūdzuch pater atti
le octar & rugila fratres eiꝰ bleda & attila fraẗ
eiꝰ vſqꝫ ad mortē marciani imperatoris ānis plꝰ
minꝰ·lxxx·Cui ſcꝫ marciano imperatori·apparēs
dn̄s in ſomnis arcū attile fractū eſſe oſtēdit·nec
id vanū fuit·Eadē quippe nocte attila in nuptijs
crapulatus·erūpente per apoplexiā ſanguine de

Lib°

naritꝰ in lecto eſt effocatus· Cui filiꝰ eiꝰ hernac
ſucceſſit & ānumerant̄ ei āni ſex· ex tūc regno hu
noꝝ diminuto· tū ex gentiū ſubiectaꝝ diſſēſione
tū ex pugnādi ī felicitate· regnauerūt quidē· ſꝫ nō
in priori fortitudine· donec lōgo poſt tp̄e a karo
lo magno victi· cuꝫ ip̄o ſuo noīe diſperiere· His
ab hinc filij attile· & poſt eos zeliobes regnauer̄t
ānis· lix· ex tūc regni hunoꝝ ānotatio ceſſat· quia
omnes gētis illiꝰ reges kagam notari legunt̄· &
nulla diſtinguēdi ꝓprietas inuenit̄· Preter has &
alie gentes fuerūt q̄ romanū imperiū dilaceraue-
rūt· id ē· gepides· curti· alani· bulgares & alie plu
res que omnes ab aquilonis plaga exierūt· ut ſup
hoc fortaſſe videat̄ dictū p ꝓphetā· ab aquilone
pandet̄ malū ſup vniuerſā terrā· ·XVII·

De initio regni gratiani & viris illuſtribꝰ hꝰ

Anno itaqꝫ gratiani p̄mo ab  tēporis·
incarnatōe dn̄i· ccc· lxxi· ab initio v̄o mū
di q̄rtimilleſimo· xlim· theodoſius ab eo
maiiſter militū ordinatus incredibili celeritate et
mira felicitate· deuictis multis barbaris gētibus
laſſaꝫ rēpublicā in orientis p̄tibꝰ reparauit· Maxi
mus a roma deductus in britāniā regis octauij fi
liā in ꝯiugiū accepit· regniqꝫ dyademate ꝓ eo in
ſignitus eſt· qꝛ heredē maſculū non habebat· Nec
multo poſt idem maximꝰ in britānia p tyrānidem
inuaſit pictos· & ſcothos britāniā incurſantes ſu
pauit· Clarebāt eo tp̄e damaſꝰ rome· xiii· papatꝰ
ānuꝫ agēs· Didimꝰ alexandrinꝰ qꝛ vero· vuel· im·
etatis āno lumine captus· q̄uis eſſet elementoruꝫ
ignarus· tn̄ in literaꝝ ſcientia etiā p̄hus mirabilis
hieronimꝰ totus diuine ſcripture incūbens· baſi-
lius quoqꝫ ceſarienſis· gregoriꝰ nicenꝰ· gregoriꝰ
nazāzenus· martinus thuronenſ ep̄us· ambroſius
mediolanenſ· rufinꝰ aquileienſis preſbit̄· mileciꝰ
anthiocenꝰ ep̄s· p hoc clarior ꝙ theodoſiꝰ in ſom
nis p̄uidit ſe ab eo indui clamide imperiali & dya
demate coronari· In egipto pacomius abbas·

Actor· De damaſo papa & didimo· baſil' oqꝫ
& vtroqꝫ gregorio iā ſupdiximꝰ· nūc aūt de cete
ris ſermonē ordiemur· ·XVIII· De
vita & actibꝰ ſancti hieronimi p̄ſbiteri & geſtis
eiuſdem·

Ieronimꝰ euſebij filiꝰ rome
puer baptizatus· literis grecis & latinis
& hebraicis pleniſſime eruditus· mona-
choꝝ vitā & habitū diu tenuit· & ſemp virgo p-
manēs· & puritate mētis & abſtinentia corporis
omnibꝰ poſt futuris eximia ſanctitatis exempla
reliquit· Annoꝝ itaqꝫ· xxxix· romane eccleſie car-
dinalis preſbiter ordinatus· cū rome p trienniū ſa
cris literis ſtuduiſſet· tantū apd̄ populos fauoris
obtinuit· ut omniū iudicio dignꝰ ſummo ſacerdo
tio eſſet· Sed dū quorūdaꝫ monachoꝝ & clericoꝝ
laſciuiaꝫ increparet· & illi nō ferentes· ei inſidias
tenderent· ꝓfectus inde ad gregoriū nazanzenuꝫ
ꝯſtantinopolitanū ep̄m· poſtq̄ ab ip̄o ſacras lite
ras pleniſſime didicerit· in heremuꝫ ꝓperauit· vbi
quāta ſuſtinuerit· ip̄e ad euſtochium de ſe dixit·
Quadriennio huiꝰ penitēcie ſic exacto· ad opidū
bethleem remeauit· ibiqꝫ in breui multos diſcipu
los coadunās· in ſancto ꝓpoſito· & trāſlatōne &
explanatōe ſcripturaꝝ· l· ānis & · vi· menſibꝰ deſu
dauit· Quadā die aduesperaſcēte· duꝫ de ſcriptu
ris cuꝫ diſcipulis diſputaret· ſubito leo claudicās
cenobiū ingreſſus eſt· cuiꝰ timore duꝫ fratres dif
fugerēt· hieronimꝰ ei q̄ſi hoſpiti obuiauit· & dū
leo ſibi pedē oſtenderet iubens illū a fratribꝰ ab
lui inuenit ꝙ a ſentibus leſus eſſet· Nec mora leo
cōualuit & oīm feritate depoſita· inter eos q̄ſi do
meſticū animal habitauit· Tūc hieronimꝰ videns
ꝙ nō tam ꝓ ſanitate pedis ſui q̄ ꝓ eorū vtilitate
veniſſet· ex ꝯſilio fratrū id ei iniūxit officij· ut aſi
num qui ligna de nemore deferebat· in paſcuis cu
ſtodiret· Interea leo ſic obediens· quadā die paſ
cente aſino· ſomno preſſus dormiuit· & ecce nego
ciatores aſinū ſine cuſtode viderūt· & euꝫ ſecum
duxerūt· expgiſcens leo· ſociuꝫ nō inuenit· & cum
diu vbiqꝫ pquirens· ad portā cenobij triſtis venit
& vidētes fratres ꝙ tardiꝰ ſolito ſine aſino veni
ret· veniens ingredi nō auderet· putauerunt ꝙ fa
me ꝯpulſus aſinū comediſſet· & nichil ei dantes·
ſed ad reliquū cadaueris qd̄ ꝯmederat remittētes
cū tamen hoc ambigerent· exierūt ad paſcua· ſi for
te aliqd̄ mortis eiꝰ indiciū inuenirēt· Et nichil in
uenientes reuerſi· hieronimo rē retulerūt· & mo
nitis eius damnū patient̄ ferentes· & leonē mode
rate tractātes· eidem officiū ligna ferēdi qd̄ aſinꝰ
faciebat imponunt· Et hoc ip̄m cū leo libenter fa
ceret· quadā die expleto ope ad agrū exijt· quaſi
ſociū ſuū adhuc querē vellet· & ecce vidit alōge
negociatores cū onuſtis camelis & p̄cedente aſi-
no venientes· mos em̄ eſt illi regioni· ut quando
cū camelis lōgius gradiunt̄ p̄cedentē & collo fu
niculū geſtantē aſinū ſubſequant̄· Cū ergo inuicē
ꝓpinquarēt leo ꝯgnito aſino· cū magno rugitu ſu
per eos irruit· & oībꝰ fugientibꝰ terribilit̄ cau
da terrā feriens oneratos camelos ante ſe ad cellā
ire coegit· Audiens hec hieronimꝰ iubēs ſummū
ſilentiū benigne fores aperiri p̄cepit· & ex onera
tis camelis voluntatem dei ſup hoc expectauit·
Tūc leo p monaſteriū ut ſolebat deambulans· &
ad fratres ſingulos ſe proſternens· q̄ſi de culpa
tāta quā nō fecerat veniaꝫ poſtulabat· vn̄ fratres
penitentiā agebāt de culpa· quā leoni crudelit̄ im
poſuerāt· Cūqꝫ ſicut eos hieronimꝰ p̄monuerat·
venturis hoſpitibꝰ neceſſaria p̄paraſſent· ecce hoſ
pites ſtare p̄ foribꝰ nunciant̄· q̄ abbatē videre vo
lebāt· ingredientes ergo verecūde ante hieronimū
ꝓſternunt̄· ut ꝓ culpa quā fecerāt veniā mererent̄
At ille eos clement̄ eleuās· & monēs ne deinceps
aliena vſurparēt· p̄cepit ut reficerent̄· receptiſqꝫ
camelis abirēt· Illi v̄o nichil comedere voluerūt·
donec hieronimo licet plurimum reluctāti darēt
medietatem olei qd̄ ferebāt· & deinceps a ſe & a
ſuis heredibꝰ eandē olei menſurā ānuatim dimit
terēt· & ſic leti ad ꝓpria redierūt· ·XIX·

De libris eiuſdem· Actor·

Hic hieronimꝰ triū linguaꝝ peritus· nouū
teſtamentū grece fidei reddidit· & vetꝰ
iuxta veritatē hebraicā trāſtulit· ſolꝰ ex
antiquis doctoribꝰ omnes· xvi· ꝓphetas expoſuit
Quorūdaꝫ etiā grecoꝝ doctoꝝ opuſcl'a in linguā
noſtrā trāſtulit· Scripſit aūt & ip̄e hec omnia que
ſubſcripta ſūt· expoſitionis fidei ſue ad damaſuꝫ
papā tractatū· i· De ſimbolo niceno tractatuꝫ· i·
Ex regulis diffinitionū ꝯtra hereticos tractatū· i
Cōtra pelagianos libros tres· Cōtra iouinianum
li· ij· Cōtra luciferianū· li· i· Contra heluidiū de p
petua virginitate ſancte marie· li· i· Cōtra vigilā
tiū li· i· Contra origenē de reſurrectione carnis
li· i· Ad auitū p̄ſbiteruꝫ de erroribꝰ orig̃· li· i· Ad
pamachiū & oceeanū li· i· Contra rufinū preſbite
rum acquileie li· i· Apologeticū ad auguſtinū li· i
Exhortatoriū ad iulianum li· i· De penitentia ad

ruſticum li. i. De frugi & luxurioſo ad damaſum papā li. i. Ad occeanuȝ de hoc qd̄ ſcriptū eſt vniꝰ vxoris virū li. i. De. xi. queſtionibꝰ ad hebidiam li. i. De queſtionibꝰ ſymeon ad algūſiam li. i. De corruptōe. lxx. in pſalterio ad ſummā & fretelam li. i. De homīe pfecto li. i. De hiſtoria ioachim & anne li. i. De. xv. ſignis iudicij tractatū vnū. De illuſtribꝰ viris li. i. De diſtantia locoꝝ li. i. De interpretationibꝰ hebraicoꝝ noīm li. vnū. De optio genere interpretandi ad pāmachium librū vnū. De ſtudio ſcripturaꝝ ad paulinū libꝝ vnū De q̄ſtionibꝰ hebraicis in geneſi libꝝ vnū. De tribꝰ q̄ſtionibꝰ ad damaſū papā libꝝ vnū. De veſte ſacerdotali ad fabiolā libꝝ vnū. De. xlij. māſionibꝰ filioꝝ iſrl librū vnū. De. vii. gradibꝰ eccleſie ad damaſuȝ papā librū vnū. De queſtionibꝰ hebraicis libri regum li. ii. De q̄ſtionibꝰ palipomenō li. ii. Breuiarij ſup pſalteriū li. i. Cōmentarioꝝ ſup eccleſiaſtē li. i. Sup eſaiam li. xviii. Sup hieremiā li. xx. Sup ezechielē li. xiiii. Sup danielē li. i. Sup oſee li. iij. Sup iohel librū vnū. Sup amos libros tres. Sup abdiā libꝝ vnū. Sup ionā libꝝ vnū. Sup micheaȝ li. ii. ſup naum libruȝ vnū. ſup abacuc li. ii. ſup ſophoniā libꝝ vnū. ſup aggeū libꝝ vnū. ſup zachariam li. iij. ſup malachiā libꝝ vnū. ſup matheū li. quattuor. ſup marcū librū vnū. ſuper epiſtolā ad epheſeos li. iij. ſuper epiſtolā ad galathas li. tres. ſup epiſtolā ad tytū libꝝ vnū. ſup epiſtolā ad philemonē libꝝ vnū. De vita clericoꝝ ad nepotianuȝ li. vnū. Epitaphiū nepotiani ad heliodoꝝ epm li. vnū. De inſtitutōe clerici uel monachi ad paulinū librū vnū. De vita monachi ad ruſticū libꝝ vnuȝ De vita clerici ad occeanū libꝝ vnū. De virginitate ſernāda ad euſtochiū libꝝ vnū. Ad demetriadem virginē libꝝ vnū. Ad alecham de inſtitutōe paule filie ſue libꝝ vnū. Ad matrē et filiā in gallia ꝯmorātes libꝝ vnū. Obiurgatōis ſuſanne virgis ꝯſecrate de lapſu ſuo libꝝ vnū. Ad ſcibianū dyaconum lapſū librū vnū. Ad geruchiā de monogamia li. i. Ad furiā de viduitate ſeruāda libꝝ vnū. Ad ſalumiā de morte nebridij li. i. Ad paulā cōſolatoriū ſup dormitōe bleſſille libꝝ vnū. Ad pammachiū de dormitōe pauline libꝝ vnū. Ad occeanum de dormitōne fabiole li. i. Epitaphiū ſancte paule li. i. Ad thiraſiū ꝯſolatoriū ſup dormitione filie ſue li. i. ad minerū & alexandrum de reſurrectione carnis libꝝ vnū. Apologethicū ad pāmachiū librū vnū. Ad heliodorū monachuȝ de ꝯtemptu ſeculi li. i. Ad theſipontē li. i. Ad douinioneȝ li. vnū. De tribꝰ virtutibꝰ tractatum vnuȝ. De morte ozie & ſamphi & calculo li. i. Expoſitōnis pſalmi. xliiij. Ad principiā virginē libꝝ vnū. Epiſtolas breues ad diuſos. lxx. Sermones. x. De his omnibꝰ q̄ ad edificationē moꝝ uel fidei ptinēt. dicta egregia & de multis breuit̄ excerpta. hic cōſequenter inſerui. ac ꝑ ꝓpria capitula diſtinxi.

XX ¶ Flores eius de vita monachi.

¶ Hieronimus ad ruſticum.

Nichil eſt xp̄iano felicius cui ꝓmittuntur regna celoꝝ. nichil laborioſius eo. qui de vita quotidie periclitat̄. nichil fortiꝰ eo qui vincit dyabolū. nichil imbecillius eo q̄ a carne ſuperat̄. Iudas de apoſtolatꝰ faſtigio in ꝓditōis tartarū labit̄. & nec familiaritate ꝯuiuij. nec intinctione buccelle. nec oſculi gratia frāgit̄. ne q̄ſi hominē tradat. quē filiuȝ dei nouerat. Quid ſalomone ſapientius. attamen infatuat̄ amoribꝰ mulierū

Hec dicimꝰ ut prima te fili ruſtice frōte doceamꝰ magna cepiſſe. excelſa ſectari. & adoleſcentie imo pubertatis incentiua calcantē pfecte quidē etatis gradū ſcādere. Sed lubricū iter eſſe ꝑ qd̄ ingrederis. nec tm̄ ſequi gloriā poſt victoriaȝ quantum ignominiā poſt ruinā. Scio me offenſurum eſſe q̄ꝓ plurimos. qui gn̄alem diſputationem de vicijs in ſuā referunt ꝯtumeliā. & dū michi iraſcunt̄. ſuaȝ indicāt ꝯſcientiā. multoq3 peiꝰ de ſe q̄ꝓ de me iudicāt. Ego em̄ neminē noīabo. nec veteris comedie licentia. certas pſonas eligā atq3 pſtringā. prudētis viri eſt diſſimulare. imo emēdare qd̄ in ſe intelligat & idignari ſibi. nec in āmonitorē maledicta ꝯgerere. qui & eiſdē teneat̄ criminibꝰ. certe in eo melior eſt qd̄ ſua mala ei nō placent. audio te religioſam habere matrē multoꝝ ānoꝝ viduā. q̄ aluit que erudiuit infantē. & poſt ſtudia galliarū miſit romā. nō pcens ſūptibꝰ. & abſentiaȝ filij ſpe ſuſtinēs futuroꝝ. Hanc tu ſuſcipe ut parentē. ama ut nutricē. venerare ut ſanctā. nec alioꝝ imiteris exemplū. q̄ relinquūt ſuas & alienas appetūt. quoꝝ dedecus in ꝓpatulo eſt ſub noībus pietatis querētium ſuſpecta ꝯſortia. videns nōnullos accinctis renibꝰ. pulla tunica. barba ꝓlixa a mulieribꝰ non poſſe diſcedē. ſub eodē manere tecto. ſimul inire ꝯuiuia. ācillas iuuenes habē in miniſterio. & p̄ter vocabuluȝ nuptiaꝝ oīa eſſe matrimonij. Tu vo ſi monachꝰ eſſe vis. nō mundi habeto curā. nō rei familiaris curā. cui renunciādo hoc eſſe cepiſti. ſ3 anime tue. Sordes veſtiū cādide mētis indicium ſint. vilis tunica ꝯtemptū ſeculi ꝓbet. ita dūtaxat ne animꝰ tumeat. ne habitus ſermoq3 diſſentiāt: Balneaꝝ fomenta non requiras. qui calorē corpis ieiunioꝝ cupis frigore extinguere. ieiunia tibi moderata ſint. ne nimia debilitet ſtomachū. & maiorem refectionē poſcentia. erūpant in cruditatem que parēs eſt libidinū. modicus ac tpatus cibꝰ et carni & anime vtilis eſt. Matrē ita vide ne ꝑ illaȝ alias videre cogaris. quaꝝ vultus corde tuo hereant. & tacitū viuat ſub pectoē vulnꝰ. Ancillulas q̄ illi in obſequio ſūt tibi ſcias eſſe in inſidijs. quia quāto vilior eaꝝ ꝯditio. tāto facilior eaꝝ ruina eſt Et iohānes baptiſta ſanctā matrē habuit. pontificiſq3 filius erat. & tn̄ nec matris affectu. nec patris opibꝰ vincebat̄. ut in domo parentū. cū periculo viueret caſtitatis. viuebat in heremo. & oculis deſiderantibꝰ xp̄m nichil aliud dignabat̄ aſpicere. veſtis aſpera. zona pellicea. cibꝰ locuſte. melq3 ſiluestre. omniaq3 virtuti & ꝯtinentie p̄parata Filij ꝓphetaꝝ quos monachos in veteri teſtamento legimꝰ. edificabāt ſibi caſulas iuxta fluenta iordanis. & turbis vrbiuȝ derelictis. polenta & herbis agreſtibꝰ victitabant. q̄ꝓdiu in patria tua es. habeto cellulā ꝓ paradiſo. varia ſcripturaꝝ poma decerpe. his vtere delicijs haꝝ fruere cōplexu. Si ſcādalizat te oculus pes manꝰ tua. ꝓijce ea. nulli pcas ut ſoli pcas anime. Quis gloriabit̄ caſtuȝ ſe habere cor: aſtra nō ſūt mūda in ꝯſpectu dn̄i. quāto magis hoīes quoꝝ vita tēptatio eſt Ve nobis qui quotiēs ꝯcupiſcimꝰ totiēs fornicamur: inebriatus eſt inquit in celo. g. m. multo ampliꝰ in terra que ſpinas & tribulos generat: Vas electionis i cuiꝰ ore chriſtꝰ reſonat macerat corpꝰ ſuū & ſubicit ſeruituti. & tamen cernit naturalem carnis ardorem repugnare ſue ſentētie. ut qd̄ nō vult hoc agere cōpellat̄. Et tu te arbitraris abſq3 lapſu & vulnere poſſe tranſire. niſi omi cuſtodia ſuauerīs

coꝛ tuū· & cū ſaluatoꝛe dixeris mater mea & fra
tres mei hi ſunt ꝛc·Crudelitas iſta pietas eſt·īmo
q̄d tam piū q̄ ſancte matri ſanctū filiū cuſtodire
Optat & illa te viuere· & nō videre te ad tēpus
ut ſemꝑ cū xp̄o te videat·Anna ſamuelē non ſibi
ſꝫ tabernaculo genuit· ·XXI· ¶Idē de eodē·

Filij ionadab q̄ vinū & ſicerā nō bibebāt
qui habitabāt in tentoꝛijs· primi capti-
uitatē ſuſtinuerūt q̄ ab exercitu chalde-
oꝛum vaſtante iudeā urbes introire ꝯpulſi ſunt·
Videris q̄d alij ſentiāt·vnuſq̄ſqꝫ eīn ſuo ſenſu du
cit·michi opidū carcer· & ſolitudo paradiſus eſt
Quid deſideram⁹ vrbiū frequentiā q̄ de ſingula-
ritate cenſemur·Moyſes ut p̄eeſſet populo iudeo
rum ·xl· ānis erudit in heremo·Si clericatus te ti
tillat deſideriū·diſcas q̄d poſſis docere & ratōna
bilem hoſtiā offeras xp̄o·ne miles anteq̄ tyro·ne
maijſter p̄uſq̄ ſis diſcipul⁹·Nūc monachi incu-
nabula moꝛeſqꝫ diſcutim⁹·Primūqꝫ tractandū ē
utrū ſolus an cū alijs in monaſterio viuē debeas
michi placet ut habeas ſanctoꝝ ꝯtubernium· nec
ip̄e te doceas· & abſqꝫ ductoꝛe ingrediaris viam
quā nūq̄ ingreſſus es· ſtatimqꝫ tibi in ꝑtem alte-
ram declinandū ſit & erroꝛi pateas·Nō pl⁹ aut
minus ambules q̄ neceſſe eſt·ne currens laſſeris
morāqꝫ faciēs obdoꝛmias·In ſolitudīe cito ſurre
pit ſupbia· & ſi parūper ieiunauerit· hoīemqꝫ non
viderit putat ſe alicui⁹ eſſe momēti oblituſqꝫ ſui
alienos ſeruos iudicat·Q̄d gula popoſcerit poꝛ-
rigit man⁹·doꝛmit quātū voluerit·facit q̄d vo-
luerit· nullū veretur omnes ſe inferioꝛes putat·
Quid igit̄ ſolitariā vitā repħendim⁹·mīme q̄ppe
quā ſepe laudauim⁹·Sed de ludo monaſterioꝝ
huiuſcemodi volum⁹ egredi milites· quos heremi
dura rudimēta nō terreāt·q̄ ſpecimen ꝯuerſatōis
ſue multo tp̄e dederit·qui omniū fuerint minimi·
ut primi oīm fierēt·quos nec eſuries aliq̄n·nec ſu
perauit ſaturitas·qui ī pauꝑtate letant̄· quoꝝ ha
bitus ſermo vult⁹ inceſſus doctrina virtutū eſt·
Volo ergo te & ꝓpter cauſas q̄s ſup̄ expoſui nō
habitare cū matre· & p̄cipue ne ut offerentē deli
catos cibos renuendo cōtriſtes·aut ſi acceperis·
oleū igni adijcias· & inter frequentiā puellarū ꝑ
diē videas q̄d noctib⁹ cogites· ·XXII·
¶Adhuc de eodem·

NVnquā de manu & oculis tuis recedat li
ber·Corpus pariter animuſqꝫ tendat̄ ad
dn̄m·Irā vince patientia·Ama ſcientiam
ſcripturaꝝ· & carnis vicia nō amabis·Ne vacet
mens tua varijs ꝑturbationib⁹· que ſi pectoꝛi in
ſederint dominabunt̄ tui· & deducēt ad delictū
maximū· facito aliquid operis ut ſemꝑ dyabol⁹
inueniat te occupatū·Vel fiſcellā texe iunco·ul' ca
niſtrū lentis texe viminib⁹·Sariat̄ hum⁹· areole
equo limite diuidant̄·in quibus cū olerū iactata
fuerit ſemina·ul' plante ꝑ oꝛdinē poſite·aque du
cant̄ irrigue·ut pulcerrimoꝝ uerſuū ſpectatoꝛ
aſſiſtas·Inſerāt̄ ergo fructuoſe arboꝛes·uel gem
mis·uel ſurculis·ut paruo poſt tp̄e laboꝛis tui·
dulcia poma decerpas·Apū fabricare debes alue
aria·ad q̄s te mittunt ſalomonis ꝓuerbia· & mo
naſterioꝝ oꝛdinem ac regiam diſciplinā in paruis
diſce coꝛpoꝛib⁹·Texant̄ & lina capiendis piſcib⁹
ſcribant̄ & libri ut & man⁹ operet̄ cibos· & ani-
ma lectōe ſatiet̄·In deſiderijs eīn eſt omnis ocio
ſus·Egiptioꝝ monaſteria hūc tenēt moꝛē·ut nul
lū abſqꝫ ope ac laboꝛe ſuſcipiāt· nō tā ꝓp̄e vict⁹

neceſſaria q̄ ꝓpter anime ſalutē·ne vaget̄ ꝑnicioſ
cogitationib⁹ mens· & inſtar foꝛnicātis hieruſalē
omni trāſeunti diuaricet pedes ſuos·Dū eſſē iu-
uenis· & ſolitudinis deſerta me vallarent·incentiua
vicioꝝ·ardoꝛēqꝫ nature ferre nō poterā·Que cū
crebris ieiunijs frāgerem· mens tn̄ his cogitatōi
bus eſtuat·Ad quā edomandā cuidam fratri qui
ex hebreis crediderat· me ī diſciplinā dedi·ut p⁹
q̄ntiliani acumina·ciceroniſqꝫ fluuios· grauitatē
qꝫ frontonis· & lenitatē plinij alphabetū diſcerē
